Koryciński atque Jastkowski et Pyrawski tum Alii et Grochowski suo et aliorum famulorum suorum nomine se se mutuo Quietant.

Expedi 379

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Magnificus Alexander de Tuliszow Koryczinski Vexillifer Palatinatus Cracovien[sis] et Nobiles Alexander Jastkowski atque Andreas Pyrawski famuli praefati Magnifici Vexilliferi Cracovien[sis] ab una atque Generosus Albertus a Grochowice Grochowski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan[eali] Premislien[si] Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum modo pro interesse recognovit Quia ipsi et quidem Magnificus Vexillifer Palatinatus Cracovien[sis] suo et Magnificae Zuzannae Zarnowska Consortis suae tum Nobilis Alberti Sesowski famuli sui aliorumque eiusdem famulorum suorum # nominibus se se mutuo et vicissim tam famulos ab utrinque suos ac praesertim Generosus Vexillifer Cracovien[sis] Nobiles Kumulos Rzewuskie binos fratres germanos Toporski Stanislaum Lendzewski Kilecki Mlodecki Taprocki Lubkowski et alios mutuos sibi famulantes de quibusvis protestationibus oblationibus tam Civilibus quam criminalibus arrestis Relationibus praetensionibus iniuriis et damnis atque violentiis inter se recognoscendis atque praefatas personas absentes in iisdem protestationibus et oblationibus specificatis modo quovis intervenien[tibus] et coram Actis quibusvis aut Terris Regni contra se abinvicem factis praestatis interesse motis et in post movendis et in diem actus praesentis inter se recognoscen[dis] et praefatam Magnificam consortem Magnifici Vexilliferi Cracovien[sis] atque famulos suprascriptos mutuos interesse et intercedendi tum de quibusvis Causis et actionibus Judiciariis in quolibet Judicium et officium Regni ab utrinque atque praefatam Magnificam Consortem # Deinde Generosus Grochowski eodem suo et quorumvis famulorum suorum

0010 Magnifici Vexilliferi Cracovien[sis] atque praefatos famulos mutuos ratione prae-
missorum omnium aliarumque quarumvis praetensionum et violentiarum ad
specialis Iudiciorum et officiorum Regni intentatis et intentandis processibus ce-
teris quibusvis et citationibus ac poenis talionum quorumvis exinde exor-
tis et exoriundis quietant, emittunt liberosque et absolutos perpetue pronunciant.
Protestationes tam civiles quam criminales omnes tum causas et actiones processus-
que quosvis et Actus omnes inducandos ac praemissa omnia in toto et tota cassant
mortificant et annihilant perpetuumque sibi et suis posteris praemissisque personis ra-
tione praemissorum imponendo silentium. Et sibi omnia iidem suprascripti reco-
gnoscentes debebunt et tenebuntur prout se ac suos posteros in et super bonis
suis [illegible] omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis una pars
alteri ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant praesentibus et qui-
dem praefatus Magnificus Vexillifer Pallatinus Cracoviensis suprascriptam
Magnificam consortem suam cum assistentia sui recognoscentis tum Nobilem
Albertum Iesowski et alios famulos suos in iisdem actibus suprascriptis
expressos Generosus vero Rochowski itidem famulos suos in praemissis
specificatos ad approbandum per praefatos tam Magnificam Consortem
praefati Magnifici Vexilliferi Cracoviensis quam famulos in iisdem actibus
mutuis specificatis Inscriptionem praesentem quietationem vel similem suo
praeinteresse faciendam ad acta quaevis authentica Regni intra decursum
unius anni ab utrinque statuere et personaliter adducere ab eisque ut praemissa
exequantur efficere. Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali
iuramento taxandis et edicendis per partem parti cum successoribus utriusque
partis ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto
quam in parte totiesquoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus
quidem damnis Terrestribus modo praemisso ad solvendum succubitis ac re
aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citata existens
memorata pars praefatae submissioni suae tam in toto quam in parte contra-
veniens Sive eius posteri Ad instantiam partis alterius ea omnia firmiter
in toto adimplenti sive illius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale

Praemissa

Praemislien quo ad respondendum spectat mediante semper iri primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere damna praetacta Terrestris luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos successores ad eadem omnia obligant. Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vero infirmitate gravi maioris minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castren. Praemislien. dilationem sibi non recipiendo. Nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo. Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis citationibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Conventionesque aliis omnibus iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo. Hac sua inscriptione ad praemissa mediante.

Grochowski et Bzowski inter se Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Generosi Albertus a Grochowice Grochowski ab una et Nicolaus Bzowski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a suis districtibus Iuribus suis iuridictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Praemislien. Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum secundum suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac poterit vero utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis quibus omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant Intercisam certam inter se recognoscendam ratione certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et datu illius hic Praemisliae die hodierna in actu contentae confectam et conscriptam manibus recognoscentium propriis ab utrisque subscriptam